

Nerostu moc?

Skalní hrady mezi geologií, zábavou a kontemplací – textová ukázka: Sloup (Birkenstein) a Jestřebí (Habigstein)

Mauritius Vogt, *Bohemia et Moravia subterrane*, [rukopis] 1729, Knihovna Národního muzea, VI D 10, s. 222–224.

Consideremus nunc duo loca submontana Eremitorium unum, alterum Arcem, utrumque é vivo saxo excisum. Eremitorium est Novum Birkstein, mons in prati medio, diametraliter longus circiter orgyas quinquaginta, latus orgyas prope quindecim, vix non ovalis, altus orgyas prope viginti direde praeruptus ex omni parte. Ab Orientali plaga infra porta patet incisa, post quam te gradus incisi saxo adsummum usque deducunt. Supra altitudinis medium efformatae, et excavatae sunt concamerationes variae. Ibi in corde montis, quo te gratiosus naturali sub formice tectus deducit ambitus, conspicitur puteus ad imum fundi pertusus suo instructus hypomochio, catena, et anthlia, munimentum circa, ne cadas deorsum exuna eademque saxi materia; cui desper mons apertus, itidemque desuper cuppa aedificata, de qua lumen desicitur, quod medij montis atrium, circa fontem ilustrat. Occasum versus duo ex arenoso saxa excisa visuntur cubicula cu suis fenestris, et portis, habitatio Eremitae, unde ad demissam vallem jucundus patet prospectus. Montis superna plana sunt hortensibus ornata. Ecce figuram montis.



Alter locus submontanus mons, et arx vetus est dicta Habigstein. Habet haec quidem vocabulum suum ab accipitibus, seu vulturibus, sed tota quanta nunc nidus est infinitarum monedularum. Sita est haec arx prope magnam piscinam sub qua aquis monasterium vetus sepultum est hanc procul a Novis Arcibus vulgo Neuschloss; unde anno 1724 Februarij 17 et montis, et arcis insidentis delineationem, et descriptionem a Georgio Böhm Burgravio accepimus. Arx haec duplex est, et stetit plura in ea superius in plano aedificia, hodie rudera plura testantur. Ad primum demissioris arcis spatium octuaginta ulnas perpendiculariter mensuramus; estque ascensus ejus valde mirabilis; qui partim gradibus, sed pene extritis, partim scatis peragendus est, ubi etiam opus est transcendere fontem, modo quidem lapidibus prope impletum, cui olim profunditas infra sita vicinae piscinae attigit ac qualitatem. Ascendimus primo post superatum montem ad antrum inferius, et scalis, et gradibus conscensis devenimus ad antrum secundum, quod inferiori viae lumen praebet. Ex hoc eximus ad peruculorum clivum, in quo gradus valde detriti sunt, et nemo se juxta praecipitium tenere valet, eo quod exterius deiectum sit inclinatorium. Limbus tam inferioris, quam superioris arcis murulo demisso coronatus erat, et arx inferior primitus praeter dictum ascensum, aliam adhuc viam ad arcem superiorem habuit.

Sub medio secundae arcis saxo ingens patet hoc clave, vel potius equile, in quo equis et curru circum veti possis, quod equile circa circum praesaepij rupi incisus provisum est. Sub eadem superiore rupe sub vivo saxo excavatum est in sine subiculum, a quo haud procul ad inferius saxum deorsum formidabilis excavatus est carcer, cujus superius os, et introitus angustus, venter vero infra late patet, ex quo, nisi desuper demisso fune, impossibilis est modus, et occasio evadendi. In han mirabili arce veterum mirabile apparet ingenium, et labor. Est haec tota utriusque arcis machina, mons nimirum totus infra multo angustior, et tenuior, minorisque longe circumferentiae, quam supra in sua plana peripheria. Saxa infra in montis declivi, in quo rupes immanis cum arce sedet, ingentia sparrim iacentia conspiciuntur. Ecce arcis hujus figuram.

